



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

XXX. An Christo & Sanctis sint Dies Festi concelebrandi?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

QVÆSTIO XXIX.

Peregrinationes, ac Vota, num licitè fiant
Sanctis?

HÆRESIARCH. I. CLAVD. Taurinensis, sub an-
num 815. teste *Iona Epif. Aurel. l. 3. de cultu ima-*
ginum, docebat inanes ad loca Sanctorum esse pere-
grinationes. Sic & Petrobrusiani, teste autore *vita S.*
Bern. l. 3. c. 5. Et *VViclefista*, teste *Tho. VVald. 10. 3. tit. 15.*

LVTHERANI, vt *Magdeburg. Cent. 4. c. 6.* fin-
gunt tempore Constantini Magni cœptas pere-
grinationes; sed ab *Greg. Nysseno* refutatas is-
tis rationibus: *Cent. 4. c. 10.* 1. Quia Christus,
Matt. 5. illas non recensuit inter octo beatitu-
dines. 2. Quia pericula sunt multa, præsertim
fœmineo sexui, in peregrinationibus. 3. Nihil
inuenitur alibi, quod domi promptum haberi
nequeat.

CALVINVS *Infl. l. 4. c. 13. §. 7.* Plenas impieta-
te peregrinationes asserit: eò quod omnis vol-
untarius cultus Deo displiceat.

PAPISTA. Satis sui *Luthero-calui-*
nistas hæresiarchæ refutant, in hisce
tam olim damnatos.

Verumtamen *Centuriatores* doce-
renunquam valent, eam orationem esse
S. Gregorij: Neque in operibus eius ha-
betur.

Deinde ea reprehendit, non peregr-
nationes; sed monachis & monachab.
eas non conuenire docet. Ita *Ionas l. 3. ad*
Claudium Taur. Sic & *S. Hier. mirificus*
peregrinorum encomiasta, eas dis-
suadet tamen monachis; exemplo *S. An-*
tonij, Hilarionis, &c.

Ad I. Dico, Peregrinationes non esse
ad salutē necessarias, neq; ad pfectionē.

Ad II. Et nos dicimus oò pericula
non omnib. eas conuenire.

Ad III. Nihil ad salutē necessariū; ve-
rū est: Nihil vtile inueniri alibi; falsum.

Ad *Caluini* maximam dico: Volun-
tarius cultus est ipsi dicitur, qui sine ra-

tionē suscipitur: Vt si velis lauare bis pri-
us, quam comedas. At cultus Deo præ-
stitus per actū virtutis est non præceptus,
non est ita volūtarius, etsi volūtariè fiat.
Vnde, *Nu. 30.* iubet Deus impleri vota
rerum est non præceptarum. Plura in
meo *Luthero. c. p. 1. q. 87.*

QVÆSTIO XXX.

An Christo, & sanctis FESTI DIES sint
celebrandi?

HÆRESIARCH. I. EBION, teste *Bron an. LXXIII.*
& *Ebionitæ* contendebant Iudæorum ac Chri-
stianorum festa vt itaq; obseruari oportere: Sic *Euseb.*
l. 3. hist. c. 27. *Æthiopes* idem innouarunt tempore *S.*
Gregorij ipso teste *l. 11 ep. 3.* Quia, *Exo 31. Passum est*
sempiternum.

II Omnia festa, ceu ceremonias Iudaicas tollebant
Petrobrusiani, in *vita S. Bern. l. 3. c. 5.* & *VVald.* teste
Guidone in summa. Et *VViclefista*; teste *Tho. VVald.*
10. 3. tit. 16. c. 140. Quia, *1. Ro. 14. Autus indicat diē inter-*
diem: alius iudicet ut omnem diem: id est, putat esse sacrū
2. Gal. 4. Dies obseruatis, & menses, & annos. *Col.*
2. Nemo vos iudicet in potu aut in cibo, aut in parte diē
festi 4. Patres aiunt *Sabbatum* carnale Iudæorum à
feruilibus abstinere; ac Christianorum *Sabbatum*
spiritale est abstinere à peccatis.

III. **LVTHERANI**, perindeque **CALVINIA-**
NI dogmatizant quinq; 1. Festos agitare dies ia-
ris esse diuini ac naturalis: iuxta Decalogum.
Et rectè. 2. Ius illud dies determinasse nullos:
determinari verò oportere à Pastoribus; sed po-
pulo consentiente. At non ea conditione Chri-
stus Apostolis commisit regimen Ecclesiæ. 3.
Determinatos non debere cœteri sanctiores cœ-
teris, ceu mysteriosos; sed obseruari solum ob
determinationem. Docentq; *Paulo*, vt supra.
4. Sanctis dies consecrare nefas. 5. Determina-
tionē eam non obligare in conscientia; nisi ob
scandalū, seu contēptū. 1. Quia festū agere fuit
res indifferens in primitiua Ecclesia; atūt *Mag-*
deburg. vt iā in *Sabbato* prædicarent; ceu *Paul.*
Act. 13. iam in *Dominica*, qua *Ioannes Apoc. 1. rap-*
teus fuit. 2. Quia *Gal. 4.* resistitur *Pseudoaposto-*
lis festa cum obligatione inferentibus. 3. Quia
ait *Heshus.* cū Christianorū, quā Iudæorū, plu-
ra sint festa; erit eorum iugum intolerabilius.

PAPISTA. Cum in *Luthero ca. p. 1. q.*

88. veritatem asseruerim; hic falsitas redarguenda est.

I. Sabbatizantium. S. Aug. in *Gen. 9.* 46. 124. 139. ait, Pacta legis dici sempiterna, quod significet res æternas; Vel duraturas quousque status ille perdurabit; Vel quousque Deo placuerit.

Ad Hoc: *Alius iudicat diem inter diē,* id est, ieiunat omni die, alius quibusdā. Ita Orig. Ambr. &c. *Vel,* Theoph. Theodor. &c. Alius abstinet à suilla semper, alius aliquando. *Vel,* Hier. Alius Sabbatum & Kalendas obseruat, alius nullum diem feriat. Et sic loquitur de festis Iudæorum; non Christianorum.

Ad *Gal. 4.* Arguit obseruatores dierum dicentes; iam bonum est iterinire, hoc illud agere. Sic Ambr. Aug. *Vel melius:* Aug. Hier. Græci: agitur de festis Iudæorum tantum. Sicut & *Col. 2.*

Ad Quinque illa Luthero-caluinistica liquet responsio in meo Luthero-cal.

Ad quinti I. Dico: Cultus festorum ex se indifferens est; at posita lege, necessarius. Item Paulus non ideo coluit Sabbatum, quod prædicaret Sabbato; quo collectos reperiebat.

Ad Heshusium dico: Iudaicum iugū festorum fuisse graue, quia seruile & corporale; nesciū mysterij, multis obseruatiūculis additum permolestis: Non sic festa Christianorum plena mysterij, vacantia à seruili opere & ceremonijs seruilibus. Deniq; Dominicam, vti festorum primā, cæptā in die Pentecostes, docemus ex *Act. 20. I. Cor. 16. Vna Sabbati cum. &c.*

At ea loca volunt de Sabbato intelligi Magdeburgenses *Cent. 1. l. 2. c. 6.* Calvinus in *Catena Marlorati;* & Paulum sabbatizasse aiunt.

AT contra consensum S. Patrum, *Bell. l. 3. de Sanctis. c. 11.*

Et in c. 12. de Paschate; quod Magdeburgenses lib. volunt esse indifferens debere, vt celebretur, quo die liberit.

AT hoc Nouatianum est, iamque olim damnatum.

Vltima pars superat Ecclesia Triumphans, de Sanctis in Purgatorio. Hi Viatores esse desierunt; suntque Comprehensores decreta quidem Dei; sed factio nodum suo ipsos debito tantisper remorante. De illis itaque conuersionem mouent iniquiores Nouatores, sectarum veterum damnatarum.

VI. DE PURGATORIO.

QVÆSTIO XXXI.

Num sit Purgatorium?

HERESARCH. I. AERIS cognomento Impius emergit anno 356. damnatur in Conc. Sirmiaci anno 357. Docebat, teste *Epiph. bar. 75. Aug. bar. 5.* Non orandum pro defunctis, Vel, quia non egeret precibus; Vel, quod iuari non possent. 1. VVALENTINUS Purgatorium esse pernegabant teste S. *Anto 4. tit. II. c. 7. §. 3. 3.* APOSTOLICI prius idem sub annum M. C. LIII. 4. HENRICIANI & Petrobrusiani sub annum M. C. LXX. teste *Bern. Epist. 240. §. 5.* ALBIGENSIS sub annum M. CC. cum Purgatorio infernū tollebant. teste S. *Anto p. 4. tit. II. c. 7. §. 6.* Sic & VVicleffitis, Hussitis, Armeni & Græci. &c.

LUTHER vster mutauit. I. In disput. Lipsica ait: Ego; qui Credo fortiter: imò ausim dicere scio Purgatorium esse; facile persuadeor in Scripturis de eo fieri mentionem. II. In Artic. à Leone damnatis; Admittit idem: sed cum erratis quinis: 1. Non posse scripturis probari Animas in eo non certas esse salutas. 2. Possē inibi mereri ac demereri. 3. Assidue in eo peccare, dum horrent pœnas & requiem appetunt. 4. Liberatas suffragijs Ecclesie minus beari, quā que facti faciunt per sese. III. Deniq; abnegatione post hanc vitam; Et vitam ait purgatorium esse, mortis quæ pœnā culpam omnem extinguit. Ita l. de abroganda Missa. LUTHERANI sequuntur hoc tertium omnes Rigidi: & Molles. Item que CALVINIANI: Calvinus Inst. l. 3. c. 5. §. 6. Id vocat Exitialē Satane commentum, quod Christi Crucem euacuat; con-